

XIV. Deo secundo. In eo, qui de Deo actu non cogitat, dum peccat, sed theologicum, & mortale dissolvens amicitiam Dei, & poena aeterna dignum. Hoc assertum destruit alteram partem damnae Theses, in qua intolerabilis, & perniciosus erat, quam in priori. Dum enim solum moraliter peccare culpate, errat quidem, sed non adeo perniciose: at dum hoc idem extendit etiam ad eum, qui Deum cognovit, & de Deo actu non cogitat, perniciosissimum errorem innuat. Quamvis enim peccandi licentiam hinc sumunt tot etiam ex Christanis, qui in praesenti seculi corruptela vitiis, ac concupiscentiis excaecati, eiusque fervere unice intenti, vix animum de Deo cogitant; si noverint eiusmodi peccata, in quibus habitati sunt, sibi ad poenam aeternam impunitanda non foret.

XV. Contrarium tamen dicit David Pl. 9. v. 25. *Exacerbavit Dominum peccator.* Sed cur exacerbavit? Fuit ne semper in illo actualis de Deo cogitatio? Minime vero. Imo hoc ipsum et jure merito exprobratur, & peccato vertitur, quod de Deo non cogitavit; seu Deum sibi praesentem non praesentem, & ex hoc ruerit in omnem nequitiam, vers. 26. *Non est Deus in conspectu ejus, inquinata sunt visus in omni tempore.* Hinc Pl. 49. v. 22. monet eos, qui Deum obliviscuntur, ut caveant ab ira ejus: *Intellegite hoc, qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.*

XVI. Rursus: Postea opinio contraria, jam dicendum erit, duos illos Seniores, qui infano amore honestam Sufanam deperierant; quique ejus pudicissimum incallum aggressi, eam Judicibus peccati philosophici reos fuisse, nec aeterna poena dignos. Etenim teste *Danielo cap. 13.* libidine obsecrati, nec ad Deum, nec ad Calum respexerunt; *Exasperavit* (inquit v. 8. &c.) *in concupiscentiam ejus: & evertens sensum suum, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent Calum, neque recederentur iudiciorum iustorum.* Et multo minus de Deo eos cogitasse, credendum est: cum solum in pomerio deprudentiam ad sua illicita desideria trahere contenderint.

Idem dicendum erit de uxore Putipharis, dum Genes. 39. v. 7. *Iniecit oculos in Joseph, & ait: dormi mecum.* Idem de Amnone dum 2. Reg. 12. Thamar foretorem suam violavit. Idem de magno numero Christianorum, qui quo magis vitiis, ac concupiscentiis serviunt, eo minus de Deo cogitant: hos, nempe, peccato solum morali, & philosophico peccare, nec in criminibus, etsi enormissimis, Deum offendere, nec poena aeterna cruciandos esse, quia de Deo actu non cogitantes ea admiserunt. Quo quid horribilius?

XVII. Praeterea: Postea secundum opinionem contrariam, quod qui peccat, actu de Deo non cogitans, non peccat peccato dissolvente amicitiam Dei; sequitur, quod qui in Baptismo una cum gratia amicitiam Dei contraxit, si postea Dei oblitus, nec de ipso amplius actu cogitans, tota vita in carnis peccatorum enormium volutetur, semper retineat amicitiam Dei: & si in tali statu, nil de Deo cogitans, moritur, vitam aeternam amicitiae Dei promissam, consequatur. Uno verbo, quod soli illi, qui in conspectu sui Deum habentes peccatis, inimici Dei fiant; & si tales moriantur, sine ad inferna detrudendi: qui vero Dei memoriam a mente, & corde obliterantes, vitam in criminibus duxerunt, fornicariis, adulteriis, raptoreis, viculorum concubitoribus, in amicitia Dei perseverarunt; & si tales moriantur, Regnum Dei sunt possessuri; quod erit magis peccatoribus infernum claudere, & Celum aperire.

XVIII. Explicata magis hoc. Supponamus, aliquem in infantia apud Christianos baptizatum, vix triennem ad Barbaros deportari, & ab ipsis absque ulla Dei cognitione educatum, brutalibus eorum moribus imbui; nec ullam veri Dei, aut Christi ideam habentem, vitiis, & obsecrationibus totam vitam transigere, & in tali statu mori: istius criminis, secundum Aduersarios, non erunt nisi philosophica, nec dissolvunt amicitiam Dei, quam in Baptismo contraxit, nec erunt poena aeterna digna; ergo sic moriens, vitam aeternam consequitur. Si ergo ad illas partes Missionarius accederet, ut ejus saluti consulere; deberet potius ipsum in Dei ignorantia relinqueret, quam Dei notitia imbueret; alias ipsum in peccatum suum salutaris coniecisset, si cum tali notitia peccaret; ubi sua ignorantia perseveraret, de amicitia Dei, & sua salute esset securus. Multa alia essent afferenda; sed hic ex illis erroribus est, quos indicat, superasse est. Unde peccati philosophici inventoriis cum Sancto Hieronymo Ep. 43. ad *Crispionem de Persecutione*, dicam: *Sententias vestras prodidisse, superasse est. Prae prima fronte blasphemiam, non necesse habet convinci, quod sua statim professione blasphemum est.*

XIX. Veritas ergo Catholica est, ad mortaliter peccandum, actuale de Deo cogitationem non requirit: sed vere, formaliter theologice peccare eum, qui esto de Deo actu non cogit, ponit tamen, & debuit de Deo cogitare, vel reflectere ad Deum, aut ad gravitatem peccati involvens malitiam, offensam Dei, eiusque legis, & proinde poena aeterna digni. Cumque omnis homo ratione utens id possit, & debeat; omnis homo, ex quo peccat, mortaliter, & theologice peccat. Ita enim docuit S. Thom. 1. 2. quae. 74. art. 7. ad 2. his verbis: *Ex hoc ipso, quod ratio superior non dirigit actus humanos secundum legem divinam, non impediens actum pecca-*

ti, dicitur ipsa consentire, sive cogitare de lege aeterna, sive non. Cum enim cogitare de lege Dei, actu eam contineri; cum vero non cogitare, eam negligi per modum omissionis censuram. Ad qua si respicerent Auctores oppositi, a suo peccato philosophico excoctando abstinent. Haec pro mei Candidati instructione sufficiant.

Q U A E S T I O II.

De Peccato commissionis, & omissionis.

Explicata peccati natura, procedimus ad ejus varias species examinandas: inter quas celebris est species peccati commissionis, & omissionis. Primum tamen de hac tractemus, generalem peccati divisionem insequentes; & unde diversitas speciei in peccatis sumatur, assignabimus.

D U B I U M I.

Unde sumatur distinctio specifica peccatorum.

S. I.

Species peccatorum recensentur.

I. Prima peccati divisio est in originale & personale. Peccatum originale est: quod ab Adam per originem derivatur in Posteris. Personale est illud, quod propria peccantis voluntate committitur, nec ab alio trahitur. De priori abunde locuti sumus superius, in 1. a. quae. 7. usque ad 10. ubi ejus existentiam, essentiam, subjectum, & effectus examinavimus. De posteriori hic, & in sequentibus sermo erit.

II. Secunda peccati divisio in actuale, & habituale. Primum est actus malus, vel omisso actuali alicujus precepti. Secundum vero est quaedam macula in anima ex peccato actuali relicta; & in ea remanet, donec per gratiam justificantem auferatur: de qua infra.

III. Tertia est in peccatum commissionis, & omissionis. Illud consistit in positione alicujus actus mali: istud in non positione alicujus actus debiti. Primum pugnat cum precepto negativo, ponens actum, qui jubetur non poni. Secundum pugnat cum affirmativo negligens ponere actum, qui jubetur poni. Hanc divisionem in praesenti questione expendimus.

IV. Quarta est in peccatum mortale, & veniale. Primum sic dicitur, quia infert mortem animae, eam privando gratia sanctificante, quae est vita supernaturalis anima, sicut anima est vita naturalis corporis. Secundum vero veniale dicitur, non quia praesens veniam a Deo obtinet; sed quia comparate ad mortale leve est, quia natura sua hominem a Deo non avertit, nec ipsum privat gratia, & charitate. Sed de hoc quaest. sequenti.

V. Quinta est in peccata spiritualia, & carnalia. De his agit D. Thom. 1. 2. quae. 74. art. 2. dicens: *illa peccata, quae proficiunt in delectatione spirituali, vocantur peccata spiritualia: illa vero, quae proficiunt in delectatione carnali, vocantur peccata carnalia: sicut gula, quae proficit in delectatione ciborum, & luxuria, quae proficit in delectatione venereorum. Unde & Apostolus dicit 2. Cor. 7. emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Peccata spiritualia plus habent de avertione, quam de conversione; ideoque sunt graviora quoad culpam. Carnalia vero plus habent de conversione, quam de avertione; unde quoad culpam sunt minus gravia. Sunt tamen quoad adhaesionem majora: quia ut docet D. Thom. quaest. 73. art. 5. Peccata carnalia habent vehementius ipsissima, id est, ipsam concupiscentiam carnis in nobis innatam. Sunt etiam majoris infamiae: ut enim ex Gregor. lib. 33. Moral. cap. 11. modo 12. refert D. Thom. art. 5. citato in argum. de contra: *Peccata carnalia sunt minoris culpa, & majoris infamiae, quam spiritualia.* Et ideo homines, qui in peccato non tam Dei offensam veniunt, quam propriam ignominiam, magis de illis, quam de istis reverendius solent. Unde Gregorius laudatus: *Scimus autem (inquit) quia aliquando minus est in corporis corruptionem cadere, quam cogitatione facta ex deliberata elatione peccare: sed cum minus turpis superbia creditur, minus vitatur. Luxuriam vero eo magis erubescunt homines, quo simul omnes suppem novimus.* Rationem autem hujus turpitudinis, & erubescitiae dat D. Thom. citato art. 5. ad 3. Quia in peccatis carnalibus homo participat de ratione, & cum brutis convenit; unde ait Philosophus in Ethic. cap. 10. quod peccata impenitentis sunt exprobrabilia, quia sunt circa illas delectationes, quae sunt communes nobis, & brutis. Unde (inquit Div. Thom.) quoadmodum per se peccata homo brutalis redditur.*

VI. Sexta est in peccata, quae in Deum, proximum, & seipsum perpetrantur. Ut enim docet D. Thom. hac quaest. 72. art. 4. *Peccatum est actus inordinatus. Triplex autem modo in homine esse debet. Unus quidem secundum comparationem ad regulam rationis, . . . Alius autem modo est per comparationem ad regulam divinae legis, per quam homo est naturaliter animal politicum, & sociale, ut probatur in 1. Polit. cap. 2. idem necesse est, quod sit tertius modo, quo homo ordinatur ad alios homines, qui sunt convivere debet. Quando ergo homo a secundo ordine deficit, detrahens Deo amorem, & reverentiam, dicitur peccare in Deum; sicut haereticus, sacrilegus, & blasphemus.*

phemus. Quando deviat a primo ordine, & seipsum, ac passionibus suis ratione non regulat, peccat in seipsum; ut avarus, gulosus, luxuriosus. Quando autem a tertio ordine recedit, nec servat proximo sui debitum, aut offendit humanam societatem, cui naturaliter jungitur, tunc dicitur peccare in proximum; ut fures, homicidae, adulteri. Nota tamen cum D. Thom. relato ad 1. *Quod peccare in Deum, secundum quod ordo, qui est ad Deum, includit omnem humanam ordinem, est commune omni peccato. Sed quantum ad 2., quod ordo Dei excedit alios ordines, sic peccatum in Deum est speciale peccatum.*

VII. Septima est in peccata cordis, oris, & operis; quae tamen, ut docet D. Thom. hac qu. 72. art. 7. est potius divisio in diversos gradus ejusdem, quam in diversa specie peccata. Nam sicut edificatio est completa generatio domus; collocatio autem fundamenti, & erectio parietis sunt species incompletae, seu diversi gradus edificationis domus: ita in peccato consummatio peccati est in opere; unde peccatum operis habet speciem completam. Sed prima inchoatio ejus est quasi fundatio in corde. Secundus autem gradus est in ore, secundum quod homo prorsus ad manifestandum conceptum cordis. Tertius autem gradus jam est in consummatione operis. . . . Iracundus enim ex hoc, quod appetit vindictam, primo quidem perurbatur in corde, secundo in verba contumeliosa prorumpit, tertio vero procedit usque ad facta injuriosa. Haec Div. Thom. Quod explicari etiam potest in peccato luxuriae, in quo est primo corruptio cordis, nempe, cogitatio, & desiderium: deinde manifestatio, & locutio: ultimo exterior consummatio.

VIII. Octava est in peccata ex infirmitate, seu ex passione, ex ignorantia, & ex malitia. Priora sunt, quae ex gravi aliqua tentatione, & motione appetitus sensibili oriuntur. Secundi generis sunt, quae ex ignorantia culpabiles, & inevitabiles procedunt. Tertii, quae plena libertate, & voluntate, nulla passione incitante, & nulla ignorantia excusante committuntur.

IX. Nona, & ultima est in peccata propria, & aliena. Propria sunt, quae ab ipso peccatore committuntur. Aliena autem, quae licet ab alio committantur, nobis tamen imputantur, quia ea vel nostro consilio, vel fisione, vel adulatione, vel protectione, aut precepto patratia sunt. Aliter ex Augustino super illa verba *Et ab alienis parte servo tuo* (enarrat. 2. in Psalm. 18.) peccata aliena ea sunt, quae ex aliorum fisione committimus, propria, quae nullo fudente, aut instigante perpetramus: *Tolle mihi (inquit) ex corde malum cogitationem, rapis a me malum susorem: hoc est: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parte servo tuo. Nam ista duo genera delictorum, propria simul & aliena, etiam primitus in exordio claruerunt. Diabolus suo delicto recidit, Adam alieno defectu. Non pauca ad explanationem dicorum videre poterit Lector Tract. de Voluntario, & de actibus humanis. Nunc ad dubii resolutionem accedamus.*

S. II.

Resolutio Dubii.

X. DE duobus potest esse difficultas, de precepto, & de objecto; nimirum, unde sumatur distinctio specifica peccatorum: an ex objectis, quae respiciunt; an ex preceptis, a quibus opponuntur. Circa quod observandum est, distinctionem preceptorum ex duplici capite posse desumi. Primo ex parte principii, seu recipientis: quae ratione differunt praepcepta juris divini, & humani, naturalis, & positivi. Secundo ex parte objecti, seu rei praepceptae: sicut distinguuntur praepcepta, quae dantur de actibus diversarum virtutum, aut de actibus ejusdem virtutis specie diversis.

XI. Dico primo. Peccata distinguuntur specificae ex diversitate specifica objectorum, non ex diversitate specifica preceptorum ex parte recipientis. Eito contra aliquos. Communiter tamen traditur, & praecipue Div. Thom. hic qu. 72. art. 1. cuius ratione sic probatur. Ab eo sumit peccatum suum unitatem, vel distinctionem specificam, quod est per se intentum a peccante, non ab eo, quod est intentum solum per accidens: sed quod per se intenditur a peccante, est voluntarie exercere circa tale, vel tale objectum, quae intendit talem actum in tali materia, puta luxurie, vel furti: quod autem tali actu recedat a lege, vel precepto, per accidens se habet, nullus enim intendens ad malum operatur; ergo unitas, vel distinctio peccatorum specifica sumitur ab objecto, ad quod se convertit, non a precepto, a quo recedit. Hinc futurum est unicuique specie peccatum, quamvis de facto lege divina, naturali, & humana prohibeatur; & qui furatur, ab hisce tribus legibus specie diversis deordinatur, nec recedat.

XII. Confirmatur. Peccatum actuale se habet ad modum ejusdem motus, in quo lex, seu praepceptum se habet ut terminus; a quo recedit, & se avertit, objectum autem se habet ut terminus, ad quem se convertit; sed motus, ut docent Physici, non specificatur, aut distinguitur a termino a quo, sed a termino ad quem: unde licet terminus a quo specie differat, si tamen terminus ad quem sit ejusdem speciei, motus fuit ejusdem speciei; ergo &c.

XIII. Dico secundo. Quando res praepcepta, aut prohibita est diversa, vel praepceptum, aut prohibentur ex diverso motivo intrinseco, tunc ex diversitate praepceptorum inducitur diversitas specifica in peccatis. Et ratio est: quia quoties praepcepta differunt ex parte rei praepceptae, vel prohibita, aut ex

parte motivi intrinseco, & proximi prohibendi; peccata illis opposita habent distinctum objectum formale, nempe, diversam difformitatem legi, & regulis morum, & diversis virtutibus opponuntur. Quapropter Divus Thomas hac qu. 72. art. 8. & 9. in corp. ait: *Ubi occurrit aliud motum ad peccandum, ibi est alia peccati species; quia motum ad peccandum est finis, & objectum. Quare qui violenter percuteret Clericum, aut sanguinem effunderet in loco sacro, committeret peccatum duplicis specie malitiae, injustitiae nempe, & sacrilegii: quia hujusmodi actus est circa rem, jure naturali, & positivo, ex duplici motivo speciei diverso, prohibito; nempe, ex motivo iustitiae a lege naturali, & ex motivo Religionis a Jure positivo Ecclesiastico. Idem die de eo, qui voto adstrictus de non comedendo carnes, eas comederet die venetis, aut tempore Quadragesimae: is enim ratione duplicis praepcepti, quo sub duplici motivo comestio carnum sibi est vetita, nempe, divini, Religionis, propter votum, & Ecclesiastici, abstinentiae, propter praepceptum Ecclesiae, unico actu duplex peccatum specie committeret; sacrilegii, & impenitentiae; quia ille actus duplicem haberet privationem conformitatis cum lege, & duplici virtuti opponeretur. Et idem de aliis die.*

S. III.

Solutio oppositi.

XIV. OPpones primo contra primam assertionem, peccatum mortale, & veniale differunt specie: sed hoc interterum versatur circa idem objectum, ut patet in venialibus, quae talia sunt ex defectu plene deliberationis, vel ex parvitate materiae; ergo distinctio specifica peccatorum non sumitur ex objecto.

XV. Respondent multi, dist. min. Circa idem objectum materialiter, & in esse physico, conc. min. Formaliter, & in esse morali, nego min. Nam in esse morali obiectum, in quod fertur venialiter peccans, utpote deordinans solum circa ea, quae sunt ad finem, non vero circa finem, est in esse morali facie diversum ab objecto peccantis mortaliter.

XVI. Hoc vitas est indicasse Divus Thomas hac 1. 2. qu. 72. art. 5. Cum differentia peccati venialis, & mortalis se tenent ex parte avertionis; quae solum per accidens se habet, non ex parte conversionis; quae per se in peccato intenditur, ut supra diximus; differentia peccati venialis, & mortalis non potest esse differentia constituens diversitatem speciei. Unde ibidem ad 1. *Dicendum (inquit) quod peccatum mortale, & veniale differunt in infinitum ex parte avertionis; non autem ex parte conversionis, per quam respicit objectum, unde peccatum speciem habet. Unde nihil prohibet, in eadem specie inveniri aliquod peccatum mortale, & veniale: sicut primus motus in genere adulterii est peccatum veniale, & verbum etiam, quod plerumque est veniale, potest esse mortale. Idem docet qu. 7. de Malo art. 1. sed hoc quaest. sequenti.*

XVII. Oppones secundo. D. Thomas qu. 2. de Malo art. 6. dicit: *si vero aliqua essent peccata solum, quia prohibita; in his rationale esset, ut secundum diversitatem praepceptorum specie peccata differrent; ergo ex sola diversitate &c.*

XVIII. Respondeo, Divum Thomam loqui in hypothese, quod aliqua essent peccata solum quia prohibita: ita ut res prohibita non haberet pro motivo exercitium alicujus virtutis, aut vitiationem alicujus peccati. Praemiserat enim: *Nec est dicendum, quod differant specie (peccata) secundum diversitatem praepceptorum; sed magis et converso praepcepta distinguuntur secundum diversitatem virtutum, & vitiorum; quia praepcepta ad hoc sunt, ut secundum virtutem operemur, & peccata vitentur.* Deinde subiungit verba ad arguente allata: *si vero &c.*

XIX. Oppones tertio. Si peccata sumerent speciem ex objecto, ea essent in malitia essentiali graviora; quae versatur circa objectum magis grave; ea autem essent leviora; quae objectum minus grave respiciunt: at hoc est falsum. Primo. Non occisio Christi fuit gravius peccatum, quam blasphemia, vel odium Dei; unde 3. par. qu. 47. art. 6. docet S. Thom. fuisse gravissimum: & tamen primum est contra humanitatem, secundum contra divinitatem. Secundo. Perjurium, & blasphemia est peccatum minus grave, quam homicidium, cum mitius puniatur: & tamen habet objectum gravius, cum sit contra Deum, & cultum ei debitum, homicidium vero contra proximum.

XX. Respondeo, neg. min. Ad primam probat, neg. min. Peccatum enim crucifigentium Christum, dum fuit contra humanitatem subsistentem substantia divina, fuit immediate contra divinam naturam. Nam vere Dei Filius in humana, & divina natura subsistens, per oculos in humanitate assumpta; unde convenit cum odio Dei, quia immediate est contra Deum: & aliunde excedit, quia odium Dei solum moraliter Deum offendit; at occisio Christi physice laedendo humanitatem, quae hypostatice erat Dei, etiam physice aliquid Dei laesit.

XXI. Ad secundum, prob. min. nego maj. Ut enim docet D. Thom. 2. 2. qu. 13. art. 3. ad 1. *Homicidium, & blasphemiam, si comparantur secundum objectum, in quo peccatur, manifestum est, quod blasphemiam, quae est directum peccatum in Deum, respondeat homicidio, quod est peccatum in proximum: si autem comparantur secundum effectum nocendi, sic homicidium respondeat; plus enim homicidium nocet proximo, quam blasphemiam Deo. Sed quia in gravitate culpa magis attenditur intensio voluntatis perversa, quam effectus operis. . . . ita cum blasphemiam*

minus intendat nocentem inferre honori divino, simpliciter loquendo, gravius peccat, quam homicida. Homicidium tamen primum locum tenet in peccatis, inter peccata in proximum commissum locum tenet in peccatis, inter peccata in proximum commissum locum tenet in peccatis, inter peccata in proximum commissum locum tenet in peccatis...

XXII. Gravius autem gravitatis inter peccata exponit idem Sancti. Doct. qu. 2. de Malo ar. 10. his verbis: Gravitatis ergo peccati, quam habet ex specie sua, ascenditur ex parte objecti, sive materiae. Et secundum hanc considerationem gravius peccatum dicitur ex suo genere, quod majori bono virtutis opponitur...

XXIII. Opponeo quarto. Peccatum ideo est, quia dicitur difformitatem ad leges, quae sunt regulae morum; ergo cum dicitur difformitatem ad diversas leges, puta, naturalem, divinam, & humanam, erit in diversis speciebus moralitatis. Eo vel maxime: quod unaquaqueq; lex suam imponit obligationem: unde cum violentur diversae leges, violentur diversae obligationes.

XXIV. Respondeo neg. confeg. Tunc enim solum difformitas ad diversas leges inducit difformitatem malitiae, quando difformitas est, eadem ex parte precipientis, sicut est in lege naturali, divina, & humana; sed etiam ex parte rei precipientis, vel prohibita, aut motivi formalis. Difformitas autem ex parte rei precipientis, vel prohibita, aut motivi formalis, inducit difformitatem formalem in objecto. Unde semper fiat, quod ex objecto sumatur diversitas specifica peccatorum. Idem dico de obligatione. Cum enim diversae leges eandem rem sub eodem motivo precipiant, vel prohibent; una est obligatio, quam prima lex imponit, ceterae autem confirmant.

Nec refert dicere, tres perfectas leges habere diversos fines, & proinde diversa objecta, & motiva. Nam finis legis naturalis est rectificatio voluntatis ad finem naturalem; divinae, ad finem supernaturalem; & humanae ad finem politici cum humanae societatis. Nam fines illi sunt fines solum extrinseci, & precipientis, seu Legislatoris; non rei precipientis, & prohibita, & intrinseci. Prohibita enim furti, nisi adventiat novum motivum; sive fiat a lege naturali, sive divina, semper habet idem motivum intrinsecum, nempe conservationem boni proximi. Diversitas autem specifica ex fine intrinseco, & proximo solum pensatur.

XXV. Opponeo quinto. Sola diversitas preceptorum sufficit ad distinguendas species inobedientiae; inobedientia enim legi divinae diversae speciei est ab inobedientia legi humanae; ergo sufficit quoque ad distinguenda species alia peccata.

XXVI. Respondeo neg. confeg. & discrimen est. Quia alia peccata respiciunt violationem precepti, seu recessum a lege, per modum termini a quo, ut supra dictum est, & ut non per se intantum, ideoque non dat actui speciem: at inobedientia respicit preceptum, ut violandum, potius per modum termini ad quem, & proprium objectum. Sicut enim materia propria obedientiae est preceptum Superioris, ut observandum; sic propria materia, & objectum inobedientiae est idem preceptum, ut violandum. Unde instantia nostra potius firmat rationem, quam everet.

XXVII. Tandem dices. Comestio carnis secundum se est indifferens, & in tantum fit mala, quia lege prohibita; ergo malitia moralis ex lege sumitur, non ex objecto.

Respondeo, disting. confeg. Non ex objecto secundum se, & physice sumpto, conc. easque non ex objecto, ut regulis rationis dissona, nego consequentiam. Eo enim ipso, quod quis comedit carnes contra preceptum, illa comestio evadit rationi dissona, & fit objectum actus peccaminosi.

DUBIUM II.

Per quod consistatur peccatum Commissionis.

§. I.

Premittuntur aliqua.

I. Constat ex dubio precedente §. 1. peccatum, inter alias species, dividi in peccatum Commissionis, quod consistit in non positione actus boni, & debiti. Nunc de peccato Commissionis inquirimus, per quod consistatur in ratione mali moralis.

II. Malum naturam quamdam, & substantiam esse asserere autem

Manichei, quos redarguit S. Augustinus lib. 2. de Moribus Manicheorum cap. 8. & lib. 3. Oper. imperf. contra Julian. cap. 109. dicens: Sed illi sic dicunt malum carnis naturam, ut eam naturam esse dicant, non malum habere; quia ipsum vitium non substantiam accidunt sed substantiam peccati esse. Cujus oppositum est eo alibi demoustrat, quia malum, vitium est naturae peccati: malum autem non nocet nisi bono; nec malum esse vitium naturae, si natura ipsa esse vitium, & malum. Malum ergo est accidens naturae adveniens, eamque vitians, & bonam corumpens. Hoc autem accidens non positivum, sed privativum esse, nimirum, privationem boni, ostendit, & praefertim in Enchiridio cap. 11. dicens: Quid est autem aliud, quod malum dicitur, nisi privatio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est aliud morbi, & vulneribus afflicti, quam privatio privatio (naque enim id agitur, cum adhibetur curatio, ut mala ista, quae inerant, id est, morbi, ac vulnera, recedant hinc, & alibi sint, sed utique non sint. Non enim ulla substantia, sed carnalis substantia vitium est vitium, aut morbus: cum caro sit ipsa substantia, profecto aliquid bonum, cui accidant ista mala, id est, privationes ejus boni, quod dicitur sanitas) ita & animarum quatuordecim sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum; quae cum sanantur, non aliquid transferuntur, sed ea, quae ibi erant, nullquam erant, quando in illa sanitate non erant.

III. Malum autem in tribus potest contingere, nimirum, naturalibus, artificialibus, & actibus moralibus, seu voluntariis: unde triplex est malum, naturale, artificiale, & morale. Primum dicitur illud, quod privatur subiectum aliqua perfectione naturali, & connaturaliter debita: unde morbus est malum naturale animalis; quia privata animalis sanitas; quae est ei connaturaliter debita. Secundum est illud, quod privata artefactum perfectione aliqua sibi debita juxta regulas artis, ut cum imago sua debita proportionem caret. Tertium vero est illud, quod privata actum rationis creaturae rectitudine sibi debita; puta, vel ordine ad debitum finem, vel debitis circumstantiis, vel commensuratione ad legem, & rectam rationem. Et de hoc malo, quod vulgo peccatum dicitur, agimus in praesenti. Pro quo

IV. Nota in actu malo morali, seu peccato Commissionis reperiri substantiam actus, nempe, entitatem realem, & physicam actionis circa objectum; & difformitatem objecti, & actionis legi divinae, ac rectae rationi, ex qua plures privationes sequuntur, nimirum privatio conversionis ad Deum, seu aversio a Deo; privatio gratiae &c. His positis, quae sunt praesens ad hoc devolvitur: an cum in actu malo sit quid positivum, nempe conversio ad objectum difformem, & quid privativum, nempe difformitas, seu recessus a lege, vel privatio debita rectitudinis; ratio formalis constituitur peccati in positivo conversionis, an vero in privatio vice locanda sit. Et procedit quae sit de peccato Commissionis. Nam peccatum Commissionis consistit in privativo, nempe, in carencia positionis actus debiti, ex ipsis terminis constat.

V. Quaestione hanc celeberrimam reddidit diffusio inter Theologos, etiam nostrae Scholae: quorum aliqui tenent, peccatum Commissionis formaliter consistit in positivo. Ita Gronet cum aliis. Alii in privativo simul, & privativo. Alii in privativo solum, nempe, in carencia debita rectitudinis. Cumque in hoc non sit satis aperta mens Sancti Thomae, & quilibet eum in suam sententiam trahere conetur; ideo omnes praefate tres opiniones suas habent probabilitates. Quae autem nobis magis ardeat, sequentibus exponemus.

§. II.

Resolvitur dubium.

VI. Dico. Salva probabilitate ceterarum, probabilior nobis videtur opinio constituitur peccatum pro formali in privatione rectitudinis debita. Quo non nego, in peccato Commissionis aliquid positivum reperiri: sed dico, quod eum peccatum Commissionis sit conversio inordinata ad objectum difformem legi; id, quod constituit essentialiter actum malum, & facit formaliter peccatum, est difformitas legi, seu inordinatio talis conversionis, seu defectus a recto ordine morali. Et mihi suadeo primo hoc discursu. Ad formaliter constituit peccatum, seu actum humanum in ratione mali moralis, quo intellecto, statim concipitur actus humanus moraliter malus; & quo non intellecto actus moraliter malus non concipitur; sed concepta conversione ad bonum, non concepta inordinatione, seu defectu rectae ordinationis, non concipitur peccatum, seu actus moraliter malus; cum conversio ad bonum sit communis etiam actui moraliter bono: ea vero concepta, statim concipitur actus moraliter malus, ut ab actu moraliter bono distinctus: ergo &c.

VII. Confirm. Eodem modo discurrendum esse videtur de malo morali, ac de malo naturali & artificiali: sed malum naturale, & artificiale formaliter, & essentialiter consistit, non in aliquo positivo, sed in puro defectu, quo non intellecto non concipitur malum; ergo &c. Maj. patet ex Augustino supra laudato comparante vicia animi vitiis corporis. Minor vero probatur. Intellecto solo motu progressivo, & non intellecta curvitate, & defectu, non concipitur formalis claudicatio: intellecta sola dispositione colorum in imagine, & non considerato defectu a regulis artis, non concipitur imago defectuosa; & non intellecta inordinatione humorum in corpore animalis, non intelligitur infirmitas; ergo &c.

VIII. Hinc quando Doctores adversi dicunt, peccatum formaliter

maliter consistere in positivo, nempe in conversione ad objectum, ut in rebus morum difforme; vel volunt, difformitatem illam in objecto, & actu importari de formali in peccato, & conversionem solum de materiali, & velut subiectum; & sic difformitas illa, seu privatio conformitatis, & rectitudinis erit formale peccati constitutum. Vel volunt, solum conversionem ad objectum se habere, ut formale, difformitatem vero, & privationem rectitudinis solum ex consequenti; & sic non habetur adhuc peccatum: non habetur, nisi sola conversio ad bonum; ergo, ut habetur formaliter conversio moraliter, oportere, ut concipiat, sicut in objecto, ita in conversione ad ipsum, inordinatio, vel privatio rectitudinis in esse morali.

IX. Probatur secundo ratione communi, & efficaci. Omne ens positivum, quod non est Deus, est creatum a Deo; atqui peccatum, & secundum rationem, formalem peccati, non est creatum a Deo; ergo peccatum, secundum rationem formalem peccati, non est quod positivum. Min. certa est. Tum quia Sap. 11. ver. 25: de Deo dicitur: Diligis enim omnia, quae sunt, & nihil distit coram, quae fecisti: nec enim adionem aliquid constituit, aut fecisti: atqui Deus odit peccata, Sap. 14. ver. 9. Odo sicut Deo impius, & impletur nisi. Tum quia ad Timoth. 4. ver. 4. Omnis creatura Dei bona est. Et Ecclesiaste 3. ver. 11. Dabo quicquid fecerit bona in tempore suo. Et Genes. 1. ver. 31. Videlicet Deus quicquid fecerit, & creavit valde bona. Peccatum autem, formaliter consideratum, non est bonum. Tum quia peccatum, pro formali, non habet causam efficientem, sed sufficientem: Deus est causa efficiens, non deficiens.

X. Confirm. peccatum est defectus a regula: atqui non est formaliter peccatum, in quantum est actus, sic enim est ens, & quoddam bonum, & a Deo; ergo erit formaliter peccatum, in quantum est defectus a regula: sed defectus a regula est privatio rectitudinis, seu conformitatis ad regulam, ergo peccatum consistit formaliter in privatione.

XI. Hinc rationi, quae postrema est, responderetur multipliciter. Primo. Omne quidem positivum causari a Deo sub ratione positive entitatis, non tamen sub ratione deformitatis; quia sub tali reduplicacione non est intra sphaeram divinae causalitatis: nec enim est explicite ens, sed tantum implicite, & de materiali.

XII. Sed haec responsio sua non caret difficultatibus. Nam in opposita sententia peccatum est aliquid positivum, non solum in ratione actus, & entitatis, sed etiam in ratione deformitatis; ergo si ex quo est aliquid positivum sub ratione entitatis, sub ea ratione causatur, sub ea ratione causabitur a Deo. Et vel maxime, quod cum illa positiva deformitas nil aliud sit, quam tendentia actus ad objectum difformem, quae est entitas actus; ut transcendenter ordinata ad illud; non videtur, quomodo a Deo causetur, & sic causalitatis magis ratione entitatis, & non positiva tendentia.

Quod magis arguo. Vel ista realis positiva tendentia in objectum difformem, in ratione continentis peccatum, est formaliter aliquid reale, vel non; vel abstracte ab utroque: Si primum; ergo a Deo causetur: si secundum, erit pura privatio: si tertium; Deo non est aliquid positivum: quod enim abstractum ab esse reali, vel non, nequit esse aliquid positivum reale.

XIII. Respondent secundo alii; quod illud positivum, & reale potest dupliciter considerari: vel pure, ac praesice, ut positivum, ac reale est: vel ut habet annexum privativum. Primo modo causetur a Deo, non autem secundo; & hoc modo est constitutum peccatum.

XIV. Sed neque hoc suffragium eos salvare videtur. Nam dum ajunt, positivum, ut habens annexum privativum, constituit formaliter peccatum, vel sumunt utrumque in recto, ita ut constitutum peccati adaequatum sit positivum, & negativum simul, vel sumunt positivum in obliquo, & privativum in recto; vel positivum in recto, & privativum in obliquo. Si dicant primum; ergo Deus causans illud positivum, erit causa peccati, saltem ex parte, sicut qui effectus causat malis in homine, est effectus hominis saltem ex parte. Si dicant secundum; ergo constitutum adaequatum peccati erit privativum. Si vero dicant tertium; sit arguo. Illud positivum dico in obliquo privativum est aliquid reale; ergo etiam ut sic debet causeari a Deo: cumque ut sic sit constitutum peccati, Deus causat constitutum peccati. Consequenter, inexcogitabile enim est positivum reale, quod a Deo non fit. Haec probabiliora mihi faciunt hanc opinionem.

§. III.

Probatur assertio auctoritate.

XV. NEdum autem ratio, sed & auctoritas eam firmare loquens: Ea autem sunt, quae bona sunt: ea vero non sunt, quae mala sunt. Porro ea esse dico, quae bona sunt, quatenus eorum exemplaria sunt in Deo, qui vero est. Ea vero non esse dico, quae mala sunt, quatenus, cum nihil sint, sicut hominum commentis consistunt. Et post multa: Nonnulli quidem Gentilium a veri vitiis aberrantes, nec Christum cognoscentes, malitiam substantiam aliquam esse, ac per se ipsam existere affirmaverunt, quae profecto in opinione duplici ratione peccabant. Vel enim negabant, Creatorem verum omnium effectorem esse: nec enim omnium verum Dominum foret, si nec essent, malitia substantiam, & naturam per se ipsam haberet. Vel rursus, si illum volunt verum omnium effectorem esse, mali quoque auctorem concedant necesse est; quod quidem iuxta illos malum res aliqua est. Quibus Athanasius confirmat discursum, quo nos ut sumus.

XVI. Succedit S. August. qui lib. 3. Conf. cap. 7. lib. qu. 83. qu. 5. in Enchirid. cap. 10. lib. 11. de Civit. Dei cap. 9. & 22. passim docet, malum non esse aliud, quam privationem boni. Loquiturque non solum de malo physico, sed & morali. Et merito. Si enim res physica, eo ipso, quod habet totum, quod habere debet, est bona; si aliquo caret, statim est mala: cur non etiam actio moralis, sicut si habet totum, quod habere debet, est bona; ita si aliquo situm caret, & non erit moraliter mala? Hinc lib. 1. de Divin. qu. ad Simplificium qu. 2. Et autem (inquit) peccatum bonis inordinans est, atque perturbans. Lib. 2. de Libert. arbit. cap. 20. dicit, peccatum esse motum voluntarium, & defectivum. Et lib. 22. contra Eustachium cap. 28. definitur peccatum, quod sit factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra legem aeternam. Exponens autem, quid sit agere contra legem aeternam, dicit nil aliud esse, quam interrumpere, vel perturbare ordinem, quem lex aeterna praefertit. Augustino concinit Dicipulus ejus Fulgentius lib. de Fide ad Petrum cap. 21. ubi loquens de malo culpa: Malum (inquit) nihil aliud est, nisi boni privatio. Cui accedit Damascenus lib. 22. de Fide cap. 4. ubi loquens de peccato Angelorum; Nique enim (inquit) quidquam aliud malum est, nisi boni privatio; haud secus ac tenebra nihil aliud sunt, nisi luminis absentia.

XVII. Sanctus Thomas, etiam a Contrariis ut Patronus habeatur, nobis tamen propitius est. Nam qu. 1. de Malo ar. 1. aperte statuit, quod malum non est nisi privatio alicuius boni; quod repetit 1. par. qu. 5. ar. 3. ad 2. qu. 48. ar. 1. 2. & 3. Ne autem Adversarii dicant, Sancti Doct. ibi loqui de malo physico, non morali; videndum est, quid de malo culpa expressius dixerit. Igitur 1. 2. qu. 71. ar. 6. in corp. explicans praeaudatam peccati definitionem ab Augustino traditam, ait: Dicendum, quod... peccatum nihil aliud est, quam actus humanus malus. Quod autem aliquis actus sit humanus, habet ex hoc, quod sit voluntarius... Habet autem actus humanus, quod sit malus, ex eo, quod caret debita commensuratione. Et sic concludit: Et ideo Augustinus in definitione peccati posuit duo: unum, quod pertinet ad substantiam actus humani, vel factum, vel concupitum: Aliud autem, quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, cum dicitur ad Contra legem aeternam. Ex quibus sic discitur. Secundum Div. Thom. ita se habet carencia debita commensurationis ad actum, ut sit moraliter malus, sicut se habet voluntarietas, ut sit actus moralis: sed voluntarietas est constitutum formale actus in esse humani; ergo carencia debita commensurationis erit constitutum formale actus in esse mali moralis. Unde dicit: quod est quasi formale in peccato.

Item 1. 2. qu. 18. ar. 1. quaerens: An omnis humana actio sit bona, vel aliqua mala; postquam docuit, bonum, & malum in actionibus debere concipi juxta modum, quo bonum, & malum est in rebus, concludit: Sic igitur dicendum est, quod omnis actio, in quantum habet aliquid de esse, in tantum habet de bonitate: in quantum vero deficit ei aliquid de plenitudine essendi, quae debetur actioni humanae, in tantum deficit a bonitate, & sic dicitur mala. Quibus Sanctum Doctorem loqui de bonitate, & malitia actionis in esse moralis, constat ex eo, quod addit: Pura, si deficit ei vel determinata quantitas secundum rationem, vel debita locus, vel aliquid hujusmodi. Ex eo namque, quod addit secundum rationem, manifestum est, eum loqui de bonitate, & malitia actionis, quae sumitur a ratione: ita ut actio, quae plene conformis est rationi, sit bona; quae vero deficit ab hac plenitudine, sit mala: sicut in rebus malum physicum nil aliud est, quam defectus a plenitudine essendi. Unde ar. 9. citata qu. 18. Abitur (inquit) a deliberatione ratione procedens, si non sit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso reputatur entium, & habet rationem mali: si vero ordinatur ad debitum finem convenit tunc ordini rationis, unde habet rationem boni.

XVIII. Ulterius: In 2. dist. 35. qu. 1. ar. 2. triplicem definitionem peccati examinans, primam scilicet Augustini: Dicitur, factum esse secundum eandem, nempe: Retinendi id, quod iustitia vult; tertiam D. Ambrosii, nimirum: Divina legis praeparatione, & celestium inobedientiam mandatorum; dicit, omnes esse optimas. In prima enim descriptione tangitur substantia actus in ordine ad instrumenta, quibus actus execretur... In secundam autem descriptionem tangitur substantia actus ex parte objecti... Et privatio illius dirigentis, quod in finem inclinatur per modum habitus, in hoc, quod dicit, quod iustitia vetat. In tertia autem descriptione tangitur illud, quod est formale in peccato, ex quo rationem mali habet; scilicet, privatio dirigentis in finem, in hoc, quod dicitur, praeparatione legis divinae; & inordinatio ab ipso facte, in hoc, quod dicitur, celestium inobedientia &c. Hic Div. Thom. in peccato duo tantum distinguit: nempe, materiale; & hoc est substantia actus, sive in ordine ad instrumenta, per quae exercetur, sive in ordine ad objectum; aliud formale; & hoc dicit, quod est privatio, tum dirigentis in finem, tum ordinationis in finem. Ubi ergo hoc positivum, quod sit formale, & constitutum in peccato? Reolantur, quae supra dicta sunt ex eodem S. Thoma 1. 2. qu. 71. ar. 6.

XIX. Cohærenter ad hac in 2. dist. 37. qu. 1. ar. 1. in peccato duo distinguit: & ut res quaedam est, & ut peccatum

est: & ait: Peccatum in quantum est actus, est rei quidam; sed in quantum peccatum est ex privatione ordinis debiti, non est rei quidam; sed privatio: privatio autem per naturam non est, sed rationis tantum. Et superius dixerat: Quia peccatum dicitur peccatum secundum quod privatum est debito ordinis: ideo peccatum, absolute loquendo, dicitur substantia non esse; sed tamen in quantum actus est. Idem docet in 2. ad Annibala, dist. 36. q. no. art. 2. & in Compendio Theologiae ad Frac. Reginaldum (quod est Opusc. 2.) cap. 11. q. docet, quod sicut privatio perfectionis debet esse malum in naturalibus, non propter formam, sed propter privationem ei adjunctam: Ita in moralibus etiam adhaerere fini, cui adiungitur privatio finis debiti, malum esse non propter formam, sed propter privationem adjunctam. Formale igitur in peccato non est conversio positiva ad finem, propter finem; sed propter privationem; & sic non in positivo pro recto, sed in privativo juxta D. Th. peccatum consistit.

S. IV.

Rationes contrariae.

XV. Movetur Auctores adversi ad constituendum peccatum pro formali in aliquo positivo primo. Quia si in privativo poneretur, cum una privatio non sit major altera, unum peccatum non esset majus altero, sed omnia peccata essent paria: qui fuit error Stoicorum a Joviniano excitatus, de quo infra: ergo &c.

XXI. Respondeo tamen, neg. sequel. Docet enim D. Thom. hac 1. 2. q. 73. art. 2. conformiter ad ea, quae tradidit q. 2. de Malo art. 9. (infra referendus) quod duplex est genus privationum. Una est privatio simpliciter, & pura, quae nihil relinquit formae oppositae, & consistit in privato esse; sicut mors est privatio vitae, tenebrae sunt privatio lucis: & tales privationes non suscipiunt magis, & minus: ideoque una illarum non est major altera. Est autem alia privatio, non simpliciter, & pura, quae non tollit totam formam, seu habitum oppositum, sed aliquid ejus relinquit: unde dicitur magis consistere in corruptum, quam in corrupto esse: cuiusmodi est aegritudo, quae privat quidem, & tollit debitam commensurationem humorum, sed eam totaliter non tollit: & huiusmodi privationes suscipiunt magis, & minus ex parte ejus, quod remanet de habitu contrariis. Malum enim refertur ad virtutem, vel habitum, utrum plus, vel minus a debita commensuratione humorum, vel membrorum recedatur. Et similiter dicitur de de vitiis, & peccatis. Sic enim in eis privatio debita commensurationis rationis, ut non totaliter ordo rationis tollatur.

Adde, quod ex eod. q. 2. de Malo art. 10. quod si gravitas peccati attendatur secundum speciem ejus; peccatum tanto est gravius, quanto majori bono virtutis opponitur. Unde peccata, quae immediate opponuntur debet ordinationi ad Deum, sicut idololatria, & blasphemia, sunt ex specie sua graviora, quam ea, quae immediate opponuntur debet ordinationi ad proximum. His consentit D. Bonaventura dicens, quod privatio potest magis, & minus recipere, ratione ejus entis, quod respicit in obliquo. Unde dicitur minor privatio, in qua minus de bono corrumpitur, & plus relinquitur: major vero, in qua major est boni corruptio, & minus de bono relinquitur.

XXII. Movetur secundo. Quia peccatum contrarie opponitur virtuti, ergo utrumque est aliquid positivum: quia oppositum contrariae versatur inter extrema positiva. Antec. probant ex D. Th. 1. part. quae. 48. art. 1. ad 4. Tertio contra Gen. 2. 9. & quae. 1. de Malo art. 1. ad 4.

XXIII. Sed respondeo, peccatum concrete sumptum opponitur contrariae virtuti, & esse aliquid positivum: quia sic non est pura privatio, sed actus debito ordine privatus. Unde S. Th. 1. q. 72. sequenti art. 1. ad 2. Peccatum (inquit) non est pura privatio: sed est actus debito ordine privatus. Si vero peccatum accipitur per se, sive in abstracto, sic opponitur virtuti privative. Quia ratio in 2. dist. 34. quae. 1. art. 2. ad 2. ait: Si consideretur malum per se, sive in abstracto, sic malum opponitur bono, ut privatio: si autem consideretur malum per accidens, sicut est in actione, vel in habitu, sic opponitur bono ut contrarium: ut prodigaliter liberalitatis, similitudo fortitudinis.

XXIV. Movetur tertio. Quia pro priori ad privationem rectitudinis intelligitur conversio, seu tendentia positiva ad obiectum dissonum: quae pro illo priori est mala moraliter, & ab eo accipit speciem disconvenientiae, & dissonantiae legi, & rationi: ergo privatio rectitudinis non constituit peccatum in ratione mali moralis, sed illud supponit jam constitutum. Unde dubio precedenti diximus cum D. Thoma, peccata speciem fumere, & per se distingui ex parte conversionis: quae per se intenditur, non ex parte aversionis, quae se habet per accidens, & per modum termini a quo.

XXV. Hoc est unum ex praecipuis adversae sententiae fundamentis: cui respondeo, antecedens assumptum involvere repugnantiam. Nam dum dicunt, pro priori ad privationem intelligitur positiva conversio ad obiectum dissonum, non sunt conversionem pro priori ad privationem; sed conversionem, ut habet adjunctam privationem. Erit autem conversio ad obiectum praescindens a dissonantia, sit conversio pro priori ad privationem; conversio tamen ad obiectum dissonum est conversio adjunctam habens privationem. Conversio igitur non est formaliter mala moraliter a malitia, quae fit ipsa conversio; alias omnis conversio esset per se moraliter mala: sed a malitia, quae ipsi inest, in quantum scilicet isti conversioni conjungitur privatio rectitudinis debet illi in esse.

Et fere modo, quo paries dicitur formaliter albus ratione albedinis ipsi inherens; non ratione albedinis, quae fit ipse paries, vel essentialis eius differentia. Igitur, ut dicimus cum D. Th. in 2. dist. 34. q. 2. art. 2. ad 2. peccatum sumi potest, vel concrete; & sic consistit in positivo cum defectu; quia, aut ait D. Thom. hac 1. 2. q. 79. art. 2. Nominis autem, & additionem quae quodam defectu. Vel abstractivae, & constitutive, ut in praesenti sumitur. Et sic essentialiter dicitur defectum, & privationem rectitudinis in conversione ad obiectum.

XXVI. Neque haec contraria sunt illi quae Dubio precedente docuimus; nempe, peccata fumere speciem, & distinctionem ex parte conversionis potius, quam ex parte aversionis. Quia ut docet D. Th. in 2. dist. 34. q. 1. art. 2. ad 3. Malum per se, vel abstractivae sumptum non est differentia specificas, sed malum per accidens, vel concrete acceptum. Omnia enim moralia ex suo specie consequuntur; ex ordine autem ad finem debentur specificatur bona actio, & bonus habitus; ratione cuius bonum differentia specificas ponitur habitus, & actio moralis. Mala vero specificatur ex ordine ad finem indubium, cui admiscetur privatio finis debiti, ex quo ratio mali incidit. Unde patet, quod non sola privatio specificatur malum habitum, & actionem; sed positio ordinis ad finem quemdam cum privatione debiti finis, & sic patet, quod malum, secundum quod est differentia, non est malum per se, sed per accidens, vel concrete sumptum.

Hoc idem docet 1. part. q. 48. art. 1. ad 2. dicens: Bonum & malum sunt differentia specificas in moralibus: bonum, per se; sed malum, in quantum est remota debiti finis. Nec tamen remota debiti finis consistit in moralibus, nisi secundum quod adiungitur finis debito: sicut negat in materialibus invenitur privatio forma substantialis, nisi adjuncta alteri forma. Sic igitur malum, quod est differentia constitutiva in moralibus, est quoddam bonum adiunctum privationi alterius boni. Sicut finis intemperati est non quidem carere bono rationis; sed desolabile sensus abique ordine rationis. Unde malum in quantum malum, non est differentia constitutiva, sed ratioe boni adjuncti. Hac D. Th. cum autem malum significet formale malitiam, & bonum adiunctum malo, seu praedicta malitiae, significat id, quod se habet de materiali, & sequitur, malum morale esse differentiam constitutivam speciei, non abstractivae; & secundum id, quod dicit de formali; sed concrete, ut dicit formale conjunctum huic materiali. Et hoc debent fateri Doctores oppositi, peccatum in positivo pro formali collocantes. Nam hoc positivum, juxta illos est malum morale; immo ipsa malitia moralis; sed juxta D. Th. malum, in quantum malum, non constituit speciem peccati, sed solum in quantum habet bonum adiunctum; ergo neque illud positivum erit per se constitutivum speciei peccati; sed solum ratione materialis, nempe boni adjuncti.

XXV. Igitur illud, quod peccatum constituit in aliqua specie peccati, non est privatio solitaria sumpta; sed ut conjuncta fini debito, seu actui ordinato ad obiectum hoc vel illud. Ex quo fit, ut formalis, & essentialis ratio peccati consistat in privatione; & haec fit, quae constituit peccatum in genere peccati, & distinguit illud ab omnibus, quae non sunt peccata. Id autem, quod constituit peccatum in certa ac determinata specie, illudque distinguit a ceteris, quae peccata quidem sunt, sed diversae speciei, non fit privatio boni in genere; sed haec determinata privatio, quae conjungitur huic determinato actui inordinato, seu conversioni ad bonum commutabile. Unde D. Bonaventura in 2. dist. 42. art. 3. quae. 1. Est (inquit) aversio de conversione, quod sit peccatum; conversio tamen ad aversionem, quod sit tale peccatum. Vel ergo privatio rectitudinis consideratur solitaria, & in abstracto; & sic non est formale distinctionem unius peccati commissionis, nec constitutum illius in esse specifico talis peccati. Vel consideratur cum suo materiali, nempe, cum actu, seu conversione, quae privationi illi subalternatur; & sic est constitutiva, & distinctiva specificis unius peccati ab alio. Et hoc intendit D. Thomas in locis, quae ab Adversariis contrariuntur.

XXVIII. Neque obstat, quod D. Th. q. 62. art. 1. dicat, inordinationem actus peccati per accidens se habere ad intentionem peccantis. Hoc enim solum intendit, malitiam peccati non esse per se, & directe volitam, sive in privativo, sive in positivo consistat: Non autem, quod malitia peccati, ex conjuncta conversioni ad obiectum, non sit interpretativa, & indirecte volita; quo pacto dicitur constituitur peccatum in tali, vel tali specie. Et ideo D. Thom. 1. 2. q. 78. art. 1. ad 2. ait: Quod malum non potest esse secundum se intentum ab aliquo; potest tamen esse intentum ad vitandum aliud malum, vel ad consequendum aliud bonum. Unde laesivus magis vult peccando incurere offensam Dei, quam delictatione privari.

XXIX. Movetur quarto. Nam moraliter ut sic, & quantum dividitur in bonitatem, & malitiam, est aliquid positivum; ergo tam bonitas, quam malitia, pro formali aliquid positivum sunt: non enim stat, quod ratio generica, quae participatur, praesertim univoce, quid positivum sit, quin species ipsam participantibus sint aliquid positivum.

XXX. Respondeo primo, hoc argumentum pati instantiam etiam in opposita sententia. Nam malitia peccati commissionis, & omissionis univocatur in ratione malitiae; & tamen illa in positivo, secundum Adversarios, illa in privativo consistit. Item peccatum commissionis actualis, & habituale ex illo relicto eisdem speciei moraliter sunt; & tamen actualis in positivo, habituale in privativo consistit. Data

ergo antec. nego consequentiam. Nam est privativum, & positivum nequeant univocari in una ratione, univocatione stricta, & metaphysica; possunt tamen univocari in una ratione, univocatione morali, & secundum praedictam estimationem, ut probat exempla allata: & hoc modo etiam voluntarium dividitur in voluntarium positivum, consistens in actus consensum; & voluntarium omissionem in carentia actus consensum. Propterea dixi: dato antecedente, quod in rigore negari debet. Nam moraliter ut sic non est tendentia praescindens positiva, sed tendentia praescindens a formaliter positiva, & positiva virtualiter, & interpretative; malitia autem peccati commissionis, est non sit formaliter tendentia positiva; sed quid privativum; eam tamen virtualiter, & interpretative, seu in concreto dicit, eum dicit actum rectitudine debita privatum.

XXXI. Movetur quinto, & quidem praecipue. Quando peccata commissionis sunt intrinsece mala, sicut est odium Dei, id, quod est positivum, & reale, est formaliter malum, etiam antecedenter ad privationem rectitudinis debet; ergo in istis formalis malitia in aliquo positivo consistit. Anteced. prob. Nam talis actus, priusquam concipiatur privatio, tendit in obiectum prohibitum; ergo est formaliter malus. Antepat. Quia Deus prohibet obiectum odii Dei, & quidquid concenit ejusmodi actum.

XXXII. Refs. neg. ant. In odio enim Dei, & aliis actibus intrinsece malis, illud, quod est positivum conversionis, seu tendentiae in obiectum, ut praescindens a privatione debet rectitudinis, non est formaliter malum morale: imo nec materialiter, sumendo illud materialiter formaliter. Et ratio est: quia cum nemo intendens ad malum operatur, obiectum conversionis, & tendentiae est bonum ipsius operantis, sive honestum, sive delectabile: itaque si non adiungeretur privatio rectitudinis, sed posset homo cum bono delectabili conjungere bonum honestum, nullum esset malum; sed potius bonum, aut boni extensio. Ut enim docet Sanct. Thom. Opusc. 2. cap. 115. in naturalibus privatio perfectionis debet, nimirum forma, cui adiungitur privatio formae debet, malum est non propter formam; sed propter privationem ei adjunctam, sicut ignis malum est ignis. Similiter, & in moralibus inherere finis, cui adiungitur privatio finis debiti, malum est, non propter finem; sed propter privationem adjunctam. Non igitur odium Dei malum morale est, quia tendentia in finem, & obiectum est; sed quia tendentia est in obiectum habens privationem debiti finis adjunctam. Quare cum antecedenter ad hanc privationem habeatur quidem in actu odii tendentia, sed nondum concipiatur in obiecto privatio finis debiti; non habetur malum morale formaliter, sed ad summum materialiter. Quod explicari potest. Tum exemplo allato a Sancto Doctore: nam ignis malum est ligno, non propter formam ignis; sed propter privationem formae ligni, quam forma ignis habet adjectam. Tum exemplo caloris respectu aquae: quod enim calor sit malum aquae, non est ex eo praesertim, quod calor qualitas positiva sit; sed solum ex eo, quod calor adiungitur privatio frigoris; quod est proprietates naturalis aquae. Unde si aqua retinendo suum frigus, passeret inferum calorem recipere, non esset ipsi malum, sed potius majus bonum; quia eum modo unicam tantum ex his duobus qualitatibus habeat; tunc haberet utramque. Sic fit conversio ad bonum delectabile non conjungitur privationi boni honesti; talis conversio non est moraliter mala, sed potius bona, quia hominem duplici bono conjungere.

XXXIII. Sed infabris. Pro priori ad privationem rectitudinis charitatis, in qua deimus consistere odium Dei, reperitur tendentia positiva, ex qua praevideatur securum infallibiliter talis privatio; ergo ponens praedictam tendentiam cum tali praevisione voluntarie, & libere, formaliter peccat. Consequ. prob. Tum quia sic ponens talem tendentiam, se habet ut agens morale. Tum quia libere, & advertenter ponere aliquid, ex quo praevideatur securum malum, est malum formaliter, & in se: haec enim ratione ponere se in periculo peccandi, quamvis non sequatur peccatum, est formaliter peccare: & nolito effectus audiendi Sacrum est in se moraliter mala, etiam antequam exiit omnisio Sacri.

XXXIV. Respondeo, dist. conseq. Peccat ex vi praesertim tendentiae, nego conseq. Ex vi privationis tunc tendentiae adjunctae, conc. conseq. Ad primam probat nego antec. Cum enim tendentia illa praevideat rectitudinem, vel privationem rectitudinis, sit pure physica, non constituit agens morale formaliter, quousque non concipiatur in illa defectus moralis rectitudinis: sicut nec actio constituitur moraliter bona per entitatem, & tendentiam ad obiectum; nisi concipiatur in illa reductio per subjectionem ad legem: quod enim ante istam concipitur, totum physicum est.

Ad secundam prob. conc. totum. Non enim negamus, conversionem ad obiectum malum libere, & advertenter positam, esse in se malam, sed solum dicitur, eam non esse malam, quia positiva tendentia est, sed quia talis est cum privatione rectitudinis debet: itaque conversio, vel tendentia sit substratum, privatio autem fit ipsa formalis malitia. Unde ponere se in periculo peccandi, vel nolle audire Sacrum, statim peccatum est, non ratione actus, sed tendentiae positivae; sed quia istis actibus conjungitur privatio rectitudinis.

Quamvis etiam disparitas assignari possit. Nam ponere aliquam causam, ex qua praevideatur securum esse malum, sicut est ponere se in periculo peccandi, vel nolle audire Sacrum, non est ponere aliquid; quod se habet praesertim per modum subalterni, seu subiecti denominabilis a malitia; sed ponere aliquid fit habens per modum causae influentis, sicut mo-

raliter, in existentiam peccati. At potere tendentiam positivam, est ponere subiectum immediate denominabile a malitia. Cum enim peccatum sit quoddam concretum, dicens pro materiali rationem actus humani; & pro formali malitiam; ideo voluntatem ponere rationem actus humani denominabilis a privatione rectitudinis, in qua consistit malitia, non est, ipsam in positione actus humani formaliter peccare, sed solum ponere substratum peccati.

XXXV. Ex his inferitur, quomodo in nostra sententia possit fit Deus concurrere ad illam positivam tendentiam quin concurrat ad malitiam peccati. Nam illa positiva tendentia non est nec formale in peccato, nec materiale formaliter, seu ut connotans malitiam; sed materiale pure materialiter, nempe, actus physicus denominabilis per modum subiecti a malitia; sicque Deus totum positivum, & reale causare potest, quod pertinet ad esse physicum, & causam pure effectivam; & id, quod defectus est, nempe, privatio rectitudinis actui adjuncta, tota tamen ex parte rationis sub qua, quam ex parte rationis, quae erit a voluntate creata, ut moraliter deficiente. Ubi in adversa sententia Deus causans positivum, quod est formale in peccato, causare deberet, sicut ex parte rationis, quae formale peccati.

XXXVI. Movetur sexto. Sunt quidam actus peccaminosi, in quibus non reperitur privatio rectitudinis debet; ergo per istam non bene explicatur constitutum peccati. Antec. prob. Privatio, secundum Philosophos, est carentia formae in subiecto capaci: sed datur actus peccaminosi incapaces rectitudinis, ut odium Dei, & alii actus essentialiter peccaminosi, qui si non carerent rectitudine, non essent actus illius speciei; ergo &c.

XXXVII. Respondeo, haec difficultas aequaliter premi Adversarios; qui est peccatum in positivo constitutum, volunt tamen, hoc positivum, sicut de connotato, includere privationem rectitudinis. Omissis ergo variis responsionibus, nego anteced. Ad prob. dist. maj. In subiecto capaci, vel secundum speciem, vel secundum genus proximum, conc. maj. Praesertim secundum speciem atomam, neg. maj. Ut enim docet D. Th. 5. Metaph. lect. 10. carentia visus in talpa est vera privatio; quia licet ei ex sua specie atoma non debeat visus, ei tamen debetur secundum genus proximum animalis. Et actus fidei dicitur habere privationem evidentem; non quia fit aptus habere illam, ex sua specie atoma, sed secundum rationem genericam actus intellectualis. Sic actus ex sua essentia peccaminosi, ut actus odii Dei, & similes, est ex sua specie atoma non sint capaces, nec eis fit debita rectitudo: quia tamen ex genere proximo actus humani ejus capaces sunt, imo eis debetur; idcirco carentia illius, etiam in illis, est dicenda privatio.

Dixi: ad privationem sufficere, quod subiectum sit capax formae, sicut ex genere proximo; non enim sufficit, ut ex genere solum remoto capax sit. Quia ratione lapsi, qui secundum genus remotum substantiae corporeae est capax visus, non dicitur privatus visus, neque caecus, sed carentia visus in ipso est mera negatio. Similiter privatio est carentia formae debet, est non semper debito physico, sicut tamen debito morali, orto ex lege: hoc autem modo cuiusque actui humano debita est rectitudo: nam eo ipso, quod homo vult de liberate agere, ex lege tenetur recte, & ad regulam rationis operando respicere: Haec mihi probabiliorum efficiunt hinc opinionem, & alia, quae omitto, relinquens oppositam in sua probabilitate.

XXXVIII. Sicut in peccato duo consideranda sunt: unum, actus, & alterum, quod est formale in peccato, nempe, privatio debiti ordinis, & rectitudinis, ut dicitur est: ita in potentia peccandi duo haec sunt consideranda: nempe, voluntas potens influere in actum peccati, quod est quasi materiale in potentia peccandi; alteram est ipsa voluntas, ut potens influere in malitiam, seu inordinationem actus, quod est formale in potentia peccandi. Suppono igitur, potentiam peccandi primo modo, nempe materialiter consideratam, esse formaliter aliquid positivum: est enim entitas voluntatis potens per se, & physice ponere actum peccati; qui cum sit aliquid actuale, reale, & positivum; nequit concipi, nisi in causa reali positiva. Loquitur ergo de potentia peccandi secundo modo, nempe formaliter.

XXXIX. Dico, Potentia peccandi, formaliter sumpta, consistit in privativo, non in positivo, seu in defectu virtutis, non in virtute. Haec assertio consequenter ad superius dicta statuenda est. Si enim actualis malitia, quae est actus, seu obiectum potentiae peccandi, in pura privatione consistit; non video, quomodo potentia ad illam in positivo possit constitui: cum talis debeat esse potentia, quale est obiectum ejus adaequatum, a quo speciem sumit.

XL. Hanc expresse docuit S. August. lib. 12. de Civitate Dei cap. 7. his verbis: Nemo igitur quarat efficientem causam mali voluntatis, non enim est efficiens, sed deficiens: quia nec illa effectio est, sed defectio... Causas porro defectivum istarum, cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes, vult invenire, tale est, ut si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium. Et cap. 8. Sic scio (inquit) naturam Dei nunquam, nusquam, nulla ex parte posse deficere, & ea posse deficere, quae ex nihilo facta sunt. Et perpetuo docet, naturam rationalem creatam esse peccabilem; quia ex nihilo est. Quod autem ali-

S. V.

In quo consistat potentia peccandi.

XXXVIII. Sicut in peccato duo consideranda sunt: unum, actus, & alterum, quod est formale in peccato, nempe, privatio debiti ordinis, & rectitudinis, ut dicitur est: ita in potentia peccandi duo haec sunt consideranda: nempe, voluntas potens influere in actum peccati, quod est quasi materiale in potentia peccandi; alteram est ipsa voluntas, ut potens influere in malitiam, seu inordinationem actus, quod est formale in potentia peccandi. Suppono igitur, potentiam peccandi primo modo, nempe materialiter consideratam, esse formaliter aliquid positivum: est enim entitas voluntatis potens per se, & physice ponere actum peccati; qui cum sit aliquid actuale, reale, & positivum; nequit concipi, nisi in causa reali positiva. Loquitur ergo de potentia peccandi secundo modo, nempe formaliter.

XXXIX. Dico, Potentia peccandi, formaliter sumpta, consistit in privativo, non in positivo, seu in defectu virtutis, non in virtute. Haec assertio consequenter ad superius dicta statuenda est. Si enim actualis malitia, quae est actus, seu obiectum potentiae peccandi, in pura privatione consistit; non video, quomodo potentia ad illam in positivo possit constitui: cum talis debeat esse potentia, quale est obiectum ejus adaequatum, a quo speciem sumit.

XL. Hanc expresse docuit S. August. lib. 12. de Civitate Dei cap. 7. his verbis: Nemo igitur quarat efficientem causam mali voluntatis, non enim est efficiens, sed deficiens: quia nec illa effectio est, sed defectio... Causas porro defectivum istarum, cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes, vult invenire, tale est, ut si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium. Et cap. 8. Sic scio (inquit) naturam Dei nunquam, nusquam, nulla ex parte posse deficere, & ea posse deficere, quae ex nihilo facta sunt. Et perpetuo docet, naturam rationalem creatam esse peccabilem; quia ex nihilo est. Quod autem ali-

qui convenit, prout ex nihilo est; seu prout deficit ab esse, non potest esse aliquid positivum.

XXI. Propterea D. Anselm. in Prologio c. 7. ait: Cum quis dicitur habere potentiam faciendi, aut patiendi, quod sibi non expedit, aut quod non debet: impotentia intelligitur per potentiam: quia quo plus habet hanc potentiam, eo adversatior, & perversatior in illam suam potentiam, & ille contra eas impotentior. Unde S. Thom. q. 1. de Pot. art. 6. Sed quodam (inquit) sunt, quae secundum naturam potentiam impotentiam, quae secundum rem suam potentiam deficit: sicut multa negationes, quae in affirmacionibus includuntur; ut cum dicitur: posse deficere, videtur secundum modum loquendi, quodam potentiam impotentiam, cum magis potentia deficitur impotentior. Quae adducit, ut ostendat, Deum peccare non posse, quamvis ejus potentia sit infinita.

XXII. Probo ratione a priori sumpta ex eodem S. Th. in 2. dist. 37. qu. 2. art. 2. ad 2. Potentia peccandi, quae talis, convenit voluntati creatae, quatenus est ex nihilo: sed ex nihilo nequit oriri aliquid, quod in rei veritate, & sit potentia, & sit aliquid positivum, ut termini demonstrant; quia omne reale, & positivum ex eo habet quodammodo, quod participat de esse, non ex eo, quod deficit ab esse; ergo &c. Peccatum (inquit S. Doct.) refertur in voluntatem sicut in causam; & quomodo voluntas sit creata a Deo, in quantum est quiddam ens, non tamen quantum ad hoc, quod deficit ex ipsa incidere potest: est enim passibilis ad defectum ex hoc, quod ex nihilo est. Quomodo autem Deus sit causa voluntatis, factus cum ex nihilo; hoc tamen, quod est ex nihilo esse, non habet ab alio, sed a se: unde secundum hoc non habet causam aliam. Et ideo deficit, qui sequitur ex ea, secundum quod ex nihilo est, non oportet, quod in ultimum causam reducatur. Videtur potest etiam Quae. 24. de Verit. art. 7.

XXIII. Prob. secundo. Si potentia peccandi esset aliquid positivum, & reale, jam hominis essentia, & natura, in qua radicatur, esset formaliter partim bona, partim mala: ita ut in ea esset portio inclinans ad bonum, & portio cum ea identificata tendens ad malum; siquae darentur in eadem natura duo principia, unum bonorum, alterum malorum, quae sicut haereticis Manichaeorum: & aliunde, vel Deus esset causa alicujus formaliter mali; vel daretur aliqua portio essentiae, vel substantiae in nobis, quae non foret a Deo. Sequela autem probatur. Nam esse voluntatis sit principium peccandi proximum, substantia tamen est principium radicale quo, sicut positivum principium quod; ergo si potentia peccandi esset formaliter quod reale, & positivum; malum morale nedum esset in actu voluntatis, sed in voluntate esset formaliter proxime principium malum; & in anima, seu substantia radicaliter.

XXIV. Dices tamen primo. Potentiam peccandi nihil aliud esse, quam flexibilitatem voluntatis ad malum; hanc autem habere pro causa proxima voluntatem, & pro causa radicali ipsam substantiam, nec esse quendam aliam causam.

Sed contra. Flexibilitas radicalis ad malum, reperitur in substantia intellectuali, est etiam juxta Adversarios quid positivum, sicut quod positivum est flexibilitas proxima. Vel ergo formaliter habet principium productivum sui, vel non. Si habet: cum hoc non possit esse Deus, erit aliquid extra Deum; & sic dabantur duo prima principia, unum effectivum bonorum, alterum malorum, ut voluerunt Manichaei: Si non habet: ergo datur positiva formalitas extra Deum a nullo principio activo producta, & prout, quae sit ens a se. Observasse ergo debuerant Adversarii, flexibilitatem ad malum non esse potentiam, sed defectum potentiae convenientem naturae intellectuali, quatenus ex nihilo; & ideo Deo non convenire: Nam Deus solus est actus purus nullius potentiae permissionem recipiens, & per hoc est bonitas pura, & absoluta, Creatura vero qualibet cum in natura sua habeat permissionem potentiae, est bonum particulare. Quae quidem permissio potentiae etiam dicitur propter hoc, quod est ex nihilo &c. Ita D. Th. Quae. 24. de Verit. art. 7.

XXV. Nec opponas, S. Doct. in 3. dist. 12. qu. 2. art. 2. vocare potentiam peccandi liberum arbitrium ordinatum ad peccandum. Nam statim subdit: ita ut peccare possit. Quid autem sit posse peccare, superius explicaverat dicens: Liberum arbitrium non ordinatur ad peccandum, imo peccatum incidit ex defectu ejus: unde peccatum non specificat potentiam liberum arbitrium.

XXVI. Dices secundo. Potentia non peccandi est aliquid positivum; ergo etiam potentia peccandi; nam utraque est extremum dividens potentiam, & libertatem.

XXVII. Respondeo, nego consequens. Sicut enim non valet: potentia non peccandi est a Deo; ita nec in actu; ergo etiam potentia peccandi est defectus, & abusus potentiae, ac libertatis, ut docet Div. Thom. in 2. dist. 44. qu. 1. art. 1. ubi concludit: quod potentia peccandi, quantum ad id, quod potentia est, a Deo est; sed quantum ad defectum, qui implicatur, non est a Deo. Et ibidem ad 5. Dicendum (inquit) quod usum rei dicitur, ad quem res principaliter ordinatur: potentia autem, qua in peccatum possumus, non ordinatur ad malum, sed ad bonum, & ita peccare non est usus ejus. Unde non sequitur, quod si peccatum esset malum, quod potentia sit mala; sed magis quod sit bona, quia deficere ab eo, quod bonum est, malum est.

Aliae objectiones solutae manent ex dictis de peccato actuali: cum eadem ratio sit de potentia reduplicative ut tali, ac de actu ejus: unde si actus in defectu, & privatione consistit; hoc idem de potentia dicere oportet.

An Omisio ad Causam Voluntariam imputetur, non solum quando apponitur Causa, sed etiam cum de facto consummatur?

S. I.

Certa praeferuntur.

I. Cum in Tract. de Actibus humanis q. 1. de Voluntario, & involuntario Dub. 3. fuerint expeditae celeberrimae de omissione quaestiones: nempe, §. 1. Quid requiratur, ut omisio sit voluntaria; & §. 2. ac 3. an omisio possit esse voluntaria absque omni actu: pauca hic superaddenda occurrunt. Ne tamen quiddam praeteream, quosdam in finem, ut supra, nimirum: an qui voluntarie dat causam omissionis, non solum peccet, quando apponit causam, sed etiam quando omittit, Etenim

II. Suppono esse certum, quod omittens actum debitum peccat, cum voluntarie apponit causam omissionis culpabilis. Unde ille, qui hora matutina somno se tradit, praevidens, quod non evigilabit usque ad vesperam, & subinde quod non audiet Sacrum; peccat cum voluntarie somno se tradit; est forte postea contingat, cum ab aliquo evigilari, & Sacrum non omittit. Et ratio est. Tum quia voluntas five expressa, five virtualis, aut interpretativa peccandi, peccatum peccat, si voluntarie apponit causam omissionis actus debiti, habet voluntatem, vel expressam, vel saltem interpretativam peccandi; ergo peccat, etiam si postea non sequatur omisio: sicut peccat, qui habet propositum furandi, vel mechandi, etsi postea non sequatur effectus. Tum etiam, quia velle exercere actum, qui sit causa omissionis rei praecipuae, vel ex cuius effectu omittitur ut, quod praecipuum est, & propterea non debet omitti, est consentire in ipsam omissionem, & propterea in peccatum; consentire autem in peccatum, peccatum est, secundum Apostolum Rom. 1. v. 32.

III. Hoc autem intelligendum est, non solum quando actus, qui est causa omissionis rei praecipuae, & hic, & nunc obligantis, est per se, & ex natura sua malus; sed etiam si per se, & ex natura sua bonus sit: nam hoc ipso, quod est causa omissionis, caret aliqua circumstantia debita: actus enim, qui ex se boni sunt, debent sic fieri, ut voluntarie non impediatur eos, qui sunt in praecipuo hoc, & nunc. Ut enim docet D. Th. q. 2. de Malo art. 1. ad 7. Omnis actus per rationem regulari debet: unde omnis actus potest non bene fieri, si non sit debite regulatus, ne scilicet fiat, quando debet, & propter quod debet; & sic de aliis, quae sunt in actibus observanda. Unde etiam hoc ipsum, quod est diligere Deum, potest male fieri, si quis diligit Deum propter temporalia. Et hoc ipsum, quod est laudare Deum, potest male fieri, si hoc faciat quando non debet; quando scilicet alia facere tenetur. Ita malum est quodcumque opus, ceteroquin bonum, facere; quando propter istud omittitur aliquid de praecipuo faciendum: puta audire Sacri in die festo, vel charitatis officium erga proximum; si tunc praecipuum urgeat.

IV. Haec tamen vera sunt, si actus, qui est causa omissionis, non tollat ab omissione malitiam, si enim faceret, omissionem non esse amplius culpabilem, ut si actus, quem exercet, cadat hic, & nunc sub praecipuo, siquae majoris obligationis, quam actus, quem omittit, & quem simul ponere debet: tunc actus, qui est causa omissionis, non est peccatum. Hinc si quis, ad subveniendum extreme necessitati alterius, domi manserit, omittatque audire Sacrum in die festo; non peccat, domi manendo, & proximum adiuvando, esse hoc sit causa, cur non audiat Sacrum; quia magis obligatur ad ejusmodi opus, quam ad Sacri auditionem; & omisio in tali casu desinit esse culpabilis, juxta regulam communiter receptam: quod quando duo praecipua simul occurrunt, quorum unum fortius obligat altero, si non possint simul ambo observari, observandum est illud, cuius arctior est obligatio; alterius autem omisio non est culpabilis.

V. His igitur praemis, ac suppositis, difficultas praefens est: an qui peccat peccato omissionis, tunc solum peccet, quando dedit causam omittendi; an vero quando occurrit tempus implendi praecipuum, & non implet: cum enim interdum tunc non sit sui compos, & usu rationis, & libertatis careat, ut cum quis, instante praecipuo audiendi Missam, dormit, vel ebrius est, videtur esse tunc incapax peccandi; & omisio non posse esse in seipsa formaliter peccatum, sed solum in causa, in qua est voluntaria. Ita ex Veteribus, & Recentioribus aliqui. Attamen

S. II.

Resolutio Dubii.

VI. Deo primo. Quando causa omissionis potuit, ac de bitur vitari, peccat peccato omissionis utroque tempore, & cum datur causa, & cum accidit omisio; & omisio maneat voluntaria in sua causa. Prior pars constat ex dictis §. praecedente. Tunc enim aliquis peccat, quando est voluntaria causa peccati: sicut aliquis tunc fit reus homicidii, quando vel directe, vel indirecte, aut interpretative vult occidere, est nondum occidit.

VII. Secundum vero pars prob. Quia tunc temporis non sit illud, quod debet, & talis omisio est voluntaria saltem in causa; quatenus sequitur ex vi praecedentis voluntatis, quae voluit causam, nec eam per contrariam volitionem retractavit. Unde Div. Th. 2. 2. quae. 170. art. 4. de eo, qui voluntarie

se inebriando usu rationis se privavit, dicit, ei imputari omnes actus in ebrietate commissos; si tamen actus illi ab eo fuerint praeviti: quia peccatum sequens reddidit voluntarium: ex voluntate praecedenti actus; in quantum scilicet donec aperam rei illicitae, incidit in sequens peccatum. Dimittitur tamen peccatum sequens, si sit & diminuitur ratio voluntatis. Unde August. dicit contra Faustum (lib. 22. cap. 44.) quod Loth culpandus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas morat.

VIII. Dicit, si omisio maneat voluntaria in sua causa, quantum si omisio desinat esse voluntaria a tempore, quo praecipuum foret implendum; qui de causa voluntarie data fertio peccaverit, vel dum tempus impletus venit, vel etiam antea; neque tamen possit nunc implere; non peccat, quando omittit, cum cessaverit esse voluntaria illi omisio. Hinc si quis breviter in Mare proferret, postea vero de data ista causa omissionis horarum serio delect; non amplius peccat horas omittendo, quando non committit negligentiam in comparando sibi breviter non committit. Similiter si quis sciens, ac volens causam posuerit, ob quam non posset Missam audire die festo; postmodum vero illius causa data poeniteat; non peccabit eo tempore, quo Missam omittit: quia quamvis via culpa Missam non audiat, cum tamen priorem culpam retractaverit, omisio non est amplius ei voluntaria.

IX. Dico secundo. Quamvis qui dat causam omissionis peccet, ponendo causam omissionis; ipsum tamen peccatum exterius omissionis tunc solum est, quando praecipuum esset implendum, nec tamen impletur. Itaque qui voluntarie dat, & culpabiliter ponit causam omissionis, peccat quidem; & talis voluntas malitiam omissionis contrahit, cuius est causa: sed tunc ipsum peccatum omissionis non completur, nisi quando praecipuum de facto omittit. Et simili fere modo, quo cum quis sciens, & volens causam dat homicidii; reus quidem interius est homicidii; non tamen homicidium exterius proprie committit, nisi quando homicidium postea sequitur. Ut propterea dicit possit, solum tamen consummari, quando est illa causa sequitur homicidium.

X. Hinc D. Thom. 2. 2. qu. 79. art. 3. ad 3. loquens de eo, qui se inebriavit, & non potest furgere ad matutinas, ut debet, ait: Dicitur quidem, quod tunc incipit peccatum omissionis, quando aliquis se applicat ad actum illicitum, & incompossibilem cum illo actu, ad quem tenetur; sed hoc non videtur verum, quia dato, quod exciteretur per violentiam, & in eo non manerent, non omittit: unde patet, quod praecedens inebriatio non fuit omisio, sed omissionis causa. Unde dicendum est, quod omisio incipit imputari ad culpam, quando fuerit tempus operandi; tamen propter causam praecedentem, ex qua omisio sequens reddidit voluntariam. Quibus verbis non negat S. Doct. peccare eum, qui voluntarie dedit causam omissionis; sed solum negat, peccare peccato omissionis proprie talis, & executive; & rationem dat: quia adhuc postea illa causa, potest omisio impediri. Et etiam, quia peccatum omissionis opponitur praecipuo affirmativo, quae potest ad faciendum bonum. Praecipua autem affirmativa non obligant ad semper, sed ad tempus determinatum; & pro illo tempore peccatum omissionis incipit esse. Unde sic formatur ratio. Tunc aliquis vero culpabiliter omittit, quando obligat praecipuum, & illud non implet: sed ad praecipuum eundi ad matutinas, non obligat pro tempore, quo quis se tradit ebrietati, sed postea, puta media nocte; ergo peccatum omissionis proprie non committit, quando ponit causam (eo vel maxime, quia postea causa omisio potest impediri) sed postea.

XI. Quod vero tempore, quo urgeat praecipuum, peccet peccato omissionis, ostendit S. Doct. Quia illa omisio sequens, esto non sit ei voluntaria in se, est tamen ei voluntaria in causa, nempe, in ebrietate, ex qua secuturam omissionem praevidit; & tamen eam voluit: nam ut aliquid sit in se formaliter peccatum, sufficit, ut directe, & in sua causa voluntarium sit. Quod variis exemplis, praeter allata, declarari potest. Nam pollutio carnis in somnis, in se voluntaria non est; si tamen sequatur ex turpi cogitatione, vel alia causa voluntaria, peccatum est; ut docet D. Thom. 3. par. 98. art. 7. Et quod ex culpabili ignorantia sit, est solum indirecte, & in causa voluntaria; & tamen peccatum esse superius ostendimus.

S. III.

Contrariae Opinionis Fundamenta.

XII. Omissionem in somno contingentem non esse peccatum in se, sed solum in causa, & purum peccatum effectivum, sustinent Sacri Bonaventurae, & Scotus cum suis. Unde arguitur. Primo. Ut quis actu peccet, debet esse actu liber; quia peccatum est ens effectivum peccatum, volens liberum est, ac voluntarium; sed omisio in somno eveniens non est actu libera. Tum quia actu non est in hominis potestate, ut sit, vel non sit. Tum quia absque actuali iudicio rationis non stat actualis libertas; in somno actum non est actu iudicium rationis. Tunc tertio: tam exterior omisio non est libera intrinsece, sed extrinsece per denominationem ab actu interiori voluntatis: sed in somno nullus est actus voluntatis liber, qui omissionem liberam actu denominet; ergo &c.

XIII. Respondeo, eum, qui peccat, debere quidem esse actu liberum, dum ponit causam peccati; non vero dum ex tali causa sequitur peccatum ipsum. Dum enim quis demittens lapidem, praevidens lapidem illum fraturum caput hominis subus existentis, eumque occidit, est quidem actu

liber, dum lapidem demittit, & ponit causam; non tamen dum actu sequitur fractio capitis, & occisio hominis. Et tamen non solum ei ad peccatum imputatur demissio lapidis, sed occisio inde secuta. Quia ut actu sit formaliter, & in se peccatum, non semper requiritur, quod sit actu, & in se libera; sed sufficit, ut sit libera, & voluntaria in causa.

Nec obstant probationes in contrarium adductae. Nam ad primam dico, quod licet, postea causa, non sit in potestate ponere, vel non ponere omissionem ex ea secutam; quia tamen fuit in potestate ponere, vel non ponere causam; idcirco dum voluntarie & libere posuit causam, moraliter censetur voluisse ponere omissionem; & sic omisio illa est voluntaria, & libera non in se, & physice, sed in causa, & moraliter, ideoque imputatur. Ad secundam dico, quod esto dum in executione ponitur omisio, non existit iudicium rationis; praevit tamen ad liberam volitionem causae, ex qua facta fuit libera positio omissionis. Ad tertiam formaliter dico, quod esto in somno non existat physice actus interior voluntatis; perseverat tamen moraliter actus praecedens non retractatus, quo extrinsece denominatur omisio libera, & peccaminosa.

XIV. Sed dices. Haec omnia concludere quidem, omissionem illam esse peccatum in causa, sicut in causa est voluntaria, & libera; non vero esse formaliter, & in se peccatum: cum eadem sit ratio peccati, ac voluntari, & liberati.

XV. Respondeo tamen, negando sequelam. Nam quod est voluntarium, & liberum solum in causa, esto non habet malitiam a se, sed a causa, eam tamen habet in se derivatam a causa libera, quae moraliter in eo perseverans, illud denominat formaliter malum, & peccatum. Cuius signum est, quod in Confessione non sufficit explicare, se desisse causam omissionis; sed ulterius exprimit debet, se actu omissionem, quando omisio facta est. Si autem exterior omisio non esset in se peccatum, sed solum effectus peccati; non oporteret eam exprimere, sicut nec de ea dolere. Quin imo potest licite eam desiderare, si esset purus peccati effectus: sicut adultera licite potest desiderare partum, quamvis partus sit effectus peccati, nempe adulterii; & qui contra Ecclesiae praecipuum comedit carnes die veneris, potest licite desiderare ex illis nutrire.

XVI. Obijciunt secundo. Non minor libertas requiritur ad peccandum, quam ad merendum: sed ad meritum non sufficit libertas in causa, alius etiam dormiens possit ex actu, quem ex causa voluntaria exercet in somnis, mereri: ergo &c.

XVII. Respondeo primo, neg. maj. Ut enim docet D. Th. 1. 2. qu. 71. art. 5. ad 1. Plura requiruntur ad bonum, quam ad malum; et quod bonum contingit, ex causa integra causa, malum autem ex singularibus defectibus, ut Dionys. dicit cap. 4. de Divinis nominibus. Et ideo peccatum potest contingere, sive aliquid faciat, quod non debet, sive non faciendo, quod debet. Sed meritum non potest esse, nisi aliquid faciat voluntarie, quod debet. Et ideo meritum non potest esse sine actu, sed peccatum potest esse sine actu. Quod etiam docet in 2. dist. 35. qu. 2. art. 3. ad 4. ubi docet quod meritum, quod est quoddam meritum in bonum beatitudinis, esse non potest, nisi sit operatio, & operatio voluntaria: sed sine actu voluntario in ista operatione, sine actu ista operatio, erit demeritum, quod est recessus a bono. Quod etiam patet in corporalibus: quia locum corporalem nihil acquirit; nisi per motum ordinatum in locum illum. Potest autem locum illum amovere, quod est extra proprium locum, dupliciter: sive non movetur, sed quiescat, sive movetur motu indubio.

XVIII. Respondeo secundo, data maj. neg. min. Nam ad meritum quoque sufficit libertas in causa, si deur respectu actus boni. Si enim quis cum voluntate suscipiendi martyrium, se traderet somno, & durante somno, in odium fidei, occideretur; certe mereretur coronam martyrii, quia intentio illa moriendi pro Christo moraliter in dormiente perseveraret; imo martyr in instanti mortis ob gravia vulnera, & tormentata potest usu rationis destitui; qui tamen meretur tunc coronam martyrii, quia voluntarie sustulit talia vulnera, & tormenta sibi infligi.

XIX. Obijciunt tertio. Si ebrius, aut dormiens, ratione actus praecedentis, possit in somno, aut ebrietate peccare; poterit etiam Sacerdos ebrius, aut dormiens, si ante ebrietatem, aut somnum habuerit intentionem consecrandi, vel baptizandi, in somno, aut ebrietate valide consecrare, baptizare, aut aliud Sacramentum consecrare. Cur enim major libertas requiritur ad consecrandum Sacramentum, quam ad peccandum? Sed hoc a nobis non admittitur; ergo, neque prius.

XX. Respondeo, neg. sequelam. Ab ejus prob. transeat ant. Non enim ideo a Sacerdote dormiente, aut ebrio, est ante somnum, vel ebrietatem intentionem habuerit, potest valide Sacramentum consecrare, quia sufficientem libertatem non habet; sed quia Christus instituit Sacramentorum, non quantumque actionem, & verborum prolationem, est voluntarium, & humanam, ad dignitatem Sacramenti elevare voluit; sed eam solum actionem, quae formaliter exteri exhibet se hominem, & ministrum. Dum autem homo dormit, aut ebrius est, est faciat, aut loquatur, non agit, nec loquitur verba, quae formaliter sint humana, & formaliter significativa; sed solum materialiter, eo modo, quo proferrentur a puerulo, vel a pica: & ideo non agit voluntarie, ut requiritur ex Christi voluntate ad Sacramentum consecrandum. Ceterum quod, absolute loquendo, non requiritur intentio praefens, constat: tum in eo, qui habens intentionem suscipiendi Baptisma, & ea non retractata incidit in ameniam

